

JOANNIS VINCENTII
HONDEDEI

NOBILIS EUGVBINI, JCTI EXCELLENTISSIMI,
CONSULTORIS ET ADVOCATI PERUSINI
PRÆSTANTISSIMI,

DECISIVARUM
CONCLUSIONUM,

SIVE

CONSULTATIONUM
JURIDICARUM

VOLUMINA DUO,

QVORUM PRIMUM IN SEPTEM

PARTES DIVISUM

AGIT

- | | |
|---|---|
| I. De Statutis. | V. De Præscriptionibus &
Servitutibus. |
| II. De Judiciis. | VI. De Variis Rebus. |
| III. De Contractibus. | VII. De Rebus Criminali-
bus. |
| IV. De Testamentis &
Ultimis Voluntatibus. | |

CUM ARGUMENTIS SINGULARIUM CONSULTATIONUM
SUMMARIIS, NEC NON INDICE RERUM ATQVE
VERBORUM LOCUPLETISSIMO.

OPUS DIU MULTUMQUE DESIDERATUM,

Summo Studio Dilligentiaque

RECURSUM



NORIMBERGÆ,

SUMPTIBUS ET TYPIS MICHAELIS ET JOANNIS FRIDERICI ENDTERORUM.

ANNO M DC LXXXI.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
PETRO ALDOBRANDINO,
SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE
CARDINALI AMPLISSIMO.

Joannes Vincentius Hondedeus.



ET US est consuetudo, Cardinalis Amplissime, ut in lucem opus aliquod edituri nomen illi, viri cuiuspiam maxime præstantis inscribant; sive ut auctoritatem operi, sive ut patrocinium comparent; sive etiam ut suum ipsi officium adversus virum illum, quem sibi ex omnium numero deligunt, ea significatione restentur. His omnibus causis factum est, ut ego, cum Decisivarum Consultationum Volumen à me edendum non ingratum vulgo accidere cognoverim, & alia expectari, præfigendum illi duxerim amplissimum nomen tuum, & sane utrum Decisivarum hæc consultationes, ita, ut opto, consultaræ sint bono communi, haud scio: ipsis certe video à me, dum in tuo nomine procedunt, optime esse consultum. Quod enim aliud poteram excogitare, à quo opus de jure civili auctoritatem acciperet tantam, quantam ex nomine Clariss. Gentis Aldobrandinæ? ejus videlicet Gentis, ex qua prodire quamplurimi, cum in quolibet laudis genere præstantes, tum in juris prudentia singulares. Testes sunt, ut ceteri taceantur, Sylvester avus tuus paternus, cuique illi grandes patrum Joannes & HIPPOLITUS, Sylvester quidem sua ætate in juris interpretatione nullum habuit parem; cujus & scientiam & gloriam nunquam intermori sinent monumenta immortalia, quæ reliquit. Joannes autem, post diu probatam in sacro Romanæ Rotæ Auditorio aliisque causarum gravissimarum judiciis, integritatem atque sapientiam, à Pio Quinto Pont. Optim. virtutis amantissimo, & acerrimi judicii viro, in Augustissimum Cardinalium Ordinem relatus est. At HIPPOLITUS is est, cujus in omni genere prudentiam, justitiam, æquitatem, magnitudinem animi, benignitatem, innocentiam, ceterasque virtutes tum cognoverunt olim maximo cum suo bono, variæ nationes atque provinciæ; dum post longam & fidelem inter sacros Aulæ Romanæ Auditores navatam operam, Cardinalis, à Sixto Quinto Pontifice renunciatus, & legatione in Poloniam honorificentissima functus, gravissimas de Regno contentiones summorum Principum, sua moderatione prudentiaque sedavit: tum denique postquam ad gradum inter mortales DEO proximum elatus est, ac veluti sol evehctus ad verticem summum, unde commodius posset ad omnes partes clementiæ ac beneficentiæ suæ radios diffundere, mundus sensit universus. Ea enim consilio atque auctoritate perfecit, quæ ne aptanda quidem videbantur. Ita ut communis sit omnium sermo & sensus, eum non modo Vicarium, sed quasi Deum inter homines à summo illo rerum omnium conditore ac moderatore DEO, terris singulari munere esse concessum, temporibus pessimis, ut afflictam rem Christianam recrearet, & imminentem humano generi perniciem averteret. Etenim post tenebras illas superiorum annorum, & rerum omnium perturbationem, tantam repente lucem, tantam ubique gentium tranquillitatem, conciliatos inter se potentissimos Franciæ & Hispaniæ Reges, compressos truces impetus Barbarorum, Joan. Francisco Aldobrandino Duce clarissimo, summum iterum rei militaris imperium obtinente, restitutos mores, excitatam pietatem, revocatas ad veræ religionis societatem nationes, aliaque permulta beneficia, quibus nostram hanc ætatem fortunatissimam prædicamus, DEO & Cle-

JOANNIS VINCENTII
HONDEDEI,
NOBILIS EVGVBINI, I. C. PRÆSTANTISS.
ET IN CIVITATE PERVSIAE ADVOCATI,
ET CONSULTORIS INTEGERRIMI,
Consiliorum Volumen Primum.

*In nomine Omnipotentis Dei,
Amen.*

Incipiunt Consilia XVI. ad diversa statuta pertinentia,
Cetera vero infra suis locis congruenter ponuntur.

ARGVMENTVM.

Statutum Perusinum, admittens ad suc-
cessionem pro medietate matrem, &
pro alia medietate patrum & descen-
dentes patrum præmortui cum patrum,
an locum habeat si mater & descenden-
tes patrum tantum supersunt,

S V M M A R I V M.

- 1 Mater ad successionem filij admittitur exclusis omnibus
transversalibus, fratribus & sororibus exceptis.
- 2 Statutum Perusinum, admittens ad successionem pro medie-
tate matrem, & pro alia medietate patrum, & filios
patrum locum habet in favorem filiorum patrum, etiam si
nulli supersint patrum. Sed contra num. 21. & per cor.
- 3 Nepotes de jure tenentur cum patrum non admittuntur
ad successionem fratrum patruelium.
- 4 Equiparatorum idem est iudicium.
- 5 Ratio eadem ubi viget, ibi eadem est juris dispositio.
- 6 Ratio unica subintellecta contra est via, ut sufficiat eam
nolle in casu non expresso, licet comprehensus non sit
lato sumpto vocabulo.
- 7 Statuta exclusivè seminarum propter malevolos contra
consentunt favore agnationis, favorabilia iudicantur, &
extendenda sunt.
- 8 Interpretatio sumpta à ratione magis dicitur intellectiva
quam extensiva.
- 9 Casus formaliter non decisus non habetur pro omisso, quan-
do in eadem ratione subintellecta comprehenditur.
- 10 Statuta exclusivè a seminarum dicuntur facta unica ratio-
ne transgressivè in agnatione, & ab ea argui possunt.
Sed contra num. 54.
- 11 Inclusio unius est alterius exclusio, quando subest diver-
sa ratio, seu subintellecte eadem ratione, vel quando si a-
ducunt, si fuerint interrogati, idem disposuerunt in ca-
su omisso, intelligunt num. 80.
- 12 Extensio fit etiam in correctoriis ex identitate unice ratio-
ni subintellecta, ut omnes casus sub ratione comprehens
decidantur.
- 13 Statutum extra casum in eo expressum non extenditur, sed
tantum militat in casibus formaliter expressis.

Hondedei Vol. I.

- 14 Inclusus non includit nisi casus specialiter expressos.
- 15 Statuta tantum disponunt quantum loquuntur & non
ultra.
- 16 Statuti verba intellecta prout debent, quoties non conve-
niunt, nec convenit eius dispositio in casu, in quo non di-
spont, etiam si in aliqua parte verba conveniunt.
- 17 Statuti dispositio ut locum habeat, eius verba verificari
debent non solum in personis, sed etiam in casu ab eo ex-
presso.
- 18 Statutum corrigens in commune cum certis modificationi-
bus, amittit quod in eo dicitur est substantiale & de forma.
- 19 Dicitur, cum, copulere solet accessoria, & num. 49.
- 20 Copula naturalis exigit copulatum concorsum.
- 21 Exclusus beneficium persone incluse ad successionem aliquam
do admittitur, qui per se non succederet.
- 22 Casus omisso habetur pro omisso, et remanet in dispositione
juris communis etiam si in eo militaret eadem seu major
ratio.
- 23 Descendentibus appellatione veniunt omnes in infinitum.
- 24 Ratio major consideratur, quando exclusio fit a proximio-
re, quam si fieri a remotiore, & num. 46.
- 25 Extensio non fit ad casum omisum, quando viget in eo mi-
nor ratio, etiam si ratio in statuto fuerit expressa.
- 26 Statutum excludens matrem propter agnationem, ad nosum, re-
stringendam ac strictis sive interpretandum est.
- 27 Mater de jure communis in successione filij præfertur patrum
& fratribus patruelibus.
- 28 Casus mixtus non verificatur in simplici.
- 29 Extensio in statuto seminarum exclusivè, jure communis
correctoriis, non fit etiam ex majoritate rationis.
- 30 Statutum dummodo aliquid operetur, restringitur, ut
quanto minus fieri possit jure commune corrigatur.
- 31 Dispositio qualibet juris communis correctoria restringitur,
ut quanto minus fieri possit jure commune corrigatur.
- 32 Statutum quod in pluribus casibus potest corrigere jure com-
mune ut in uno tantum corrigatur, etiam si verba improp-
riate operetur.
- 33 Patrum magnum proprie patrum appellatur.
- 34 Statutum excludens matrem propter patrum, non exclu-
dit propter patrum magnum.
- 35 Verbum nullum censetur oppositum sine effectu aliquid ope-
randi.
- 36 Statutum novum reformans antiquum includendo novum
casum, alium censetur excludere.
- 37 Statutum confirmatum in una parte, quoad alia non con-
firmata remanet correctum.
- 38 Statutum novum Perusinum lib. 2. Rub. 47. reformatorium
antiqui statuti, in casibus in eo non expressis abrogavit
antiquum statutum.
- 39 Matrem non esse exclusam à successione filij per statutum
in dubis interpretari debet.